

①

MS. 94

2971/93

nyomtatásban megjelent
nagyobb részt
művekből magyar vonatkozású
vonalatok.



ZENEAKADÉMIA
LISZT MŰZEUM

Item Breviarium aliud Mus^{no} Praepositi Nadesdy.

Item aliud antiquius.

Item duo parva integra.

Item duo lacera.

Passio in tantu Choral. Quatuor Evangelistarum.

Liber Ritualis scriptas.

Pontificale sacrum.

Martyrologium Romanum.

Quatuor Psalmi figurales pro Vespertio in Sabbato Venerabili Capitulo Posoniensi Anno 1700 13 Aprilis praesentati, à Joanne Jacobo Rier.

Catalogus Rer^{um} Musicalium in Ecclesia S.
Martini Posoniens^{is}
1700.

Lapsa H.
fasc: 6
N^o 111.

Instruction

Præbendariorum & Musicorum Capituli Posoniens^{is}

Lapsa H.
fasc. 6.

N^o 113. - et 15

Instruction pro Notis Præbendariorum Presbyteris.

Item pro Choralistis, ac deniq^{ue} omnibus Musicis Capituli Ecclesiae huius Posoniensis.

Siquidem plurimi hactenus tam in decantendis divini officij horis, quam alijs ministeriorum Ecclesiae huius obligationibus, non absq^{ue} gravi offensa D^ei & et scandalo Populi interveniebant errores, ac defectus, ut tandem illi corrigantur oiaq^{ue} servitia Divina rite ac debite ex-
prosp^{er}antur, Instruction haec omnibus Specificatis ad amissionem observanda apponitur.

Primo. Ambo Præbendariae quotidie statutis temporibus superpellicio induti, & officians etiam Mola, & lenestine in choro comparebunt, alternatimque per Hebdomadas voca elevatiori praeces divini officij seu horas Canonicas inchoabunt easdemq^{ue} cum ordinatis Choralistis clare, distincte attenti ac devote integras semper decantabunt; nimirum Martini cum Laudibus pridie absoluta Completorio; Primam et Tertiam mane hora septima; Sextam ante sacrum horae Monae;

ac deniq; nonam finito illo sacro Conventuali, nisi ex causa ratio-
nabili eandem etiam horam ante sacrum absolvere oporteret. Eodem
modo praefatis ab Ecclesiis temporibus decantabunt officium Defunctorum,
~~Psalmos, Graduales ac penitentialitates~~. Quae omnia ut eo ordinatius
peragantur diligenter singulis diebus tempestiva Directorium inspicient
ac relegunt, eidemq; se accommodare non intermittunt, nisi propter
intervenientes speciales Ecclesiarum solemnitates, ac festorum trans-
lationes, aliter officium in hac Ecclesia ordinari deberet, quo in casu
ipsi etiam accurate invigilare et ordinem servare deberent. Firmiter
autem praecipitur Choralistis, ut in choro tempore decantationis divini
officij in tali respectu Praebendaristas habeant, ac si ipsi Domini
Capitulares personaliter ⁺ adessent idem nullatenus illis obtemperare aut
^{+ ibidem} refractari praesument venim directioni eorum in desideratis prompti
obediant.

Secundo. Eorundem Praebendaristarum obligationis erit attendere sub
onere Conscientiae, ut Choralistae pleno semper numero in omni-
bus specificatis (~~specificatis~~) precibus diligenter compareant, absentes
autem à Matutino et Laudibus in duobus grossis, à singula minori
hora in uno grosso irremissibiliter mulctabuntur. Quae mulctae
~~put etiam officio Defunctorum Psalmis Gradualibus, ac Penitentialibus~~
Praebendaristis cedent, Simul cum Directori Chori, ut eo accuratius
ipsi Choro invigilent et absentes notent. Si autem aliquis Praeben-
darista, aut Director Chori ex supina negligentia et frequentius
se à praefatis functionibus absentaret, in duplo mulctam inter
Plures eorum dividendam incurreret, idemq; Consignatio absentia-
rum in singulis Angarijs seu quatuor temporibus, videlicet Musico-
rum Dno Cantori Vrabilis Capli, et Praebendaristarum Dno Decano
praesentabitur, ibidemq; effectivè tales mulctae desumentur.

Tertio. De mulcta absentium à Sacris ferialibus et Vesperis, ac
Completorio idem intelligendum et tenendum est, quod si absen-
tibus ab horis majoribus, et minoribus quoq; mulctis subiacebunt
Cantores et Musici, qui se à Sacris ferialibus et Vesperis ab-
sentaverint, quae similiter mulctae apud Dnum Cantorem
Vrabilis Capli singulis Angarijs desumentur et inter praesen-
tes dividantur.

Quarto. In omnibus festis Dominorum Canonorum, put etiam
diebus infra octavalibus, tam ad primas vesperas, quam
sacra; Item in Matutinis quoq; sollemnioribus, per Dnos Ca-
pitulares cum Domino Praeposito decantari solitis Praeben-
daristae adstare; in Tribus vero Matutinis majoris Hebdo-
mae duas etiam lectiones à secundis nocturnis juxta
ordinationem Dni Magri Caeremoniarum Cantare tenentur.

Quinto: Idem Praebendariae, simul cum Directore Chori, habebunt curam diligentem Prebendariorum, et aliorum sibi commissorum, ne destruantur, distrabantur, aut deperdantur; Ideoque Inventarium eorundem omnium, cum Subscriptione Capituli habebunt, et pro illis respondere debebunt.

Sexto: Summe necessarium foret, ut Praebendariae scirent Cantum Choralem, quo sic Sacra ~~ferialia Vesperas et alias obliga-~~ ~~tiones cum reliquis Choralistis peragere valerent~~, qui tamen dono hocce carebunt, ut saltem usui illa ad quod iuxta antiquum Ritum Ecclesiae peragenda obligantur percipere et addiscere possint, omnem conatum adhibebunt; singulariter autem exercebunt se in illis quae ad Adstantias in Sacris et Vesperis decantanda ac intonanda requiruntur, ne dissonis, dissonis, ac hiuleis clamoribus Populi aures offendant, et ad risum potius quam devotionem Lentos commoveant. -

Sexto: Summe necessarium foret, ut Praebendariae scirent Cantum Choralem quo sic obligationes sibi incumbentes laudabilius peragere valerent, qui tamen dono hocce carebunt, ut saltem usui illa, ad quae iuxta antiquum Ritum matris Ecclesiae peragenda obligantur percipere et addiscere possint, omni conatum adhibebunt; singulariter autem exercebunt se in illis quae ad Adstantias in Sacris et Vesperis decantanda ac intonanda requiruntur, ne dissonis, dissonis, ac hiuleis clamoribus Populi aures offendant, et ad risum potius, quam devotionem praesentes commoveant.

Septimo: Cum hactenus propter Litaniarum Patrum Societatis Jussu certis temporibus in hac Ecclesia ad eorum Altare decantari solitas consuetudo vitiosa, omittendi Matutinum cum Laudibus inualuerit serio praecipitur tam Praebendaristis, quam alijs Choralistis, ut in posterum si talibus temporibus, absolute ante dictas Litaniarum Matutinum cum Laudibus decantari non posset, immoderate Litanijs ipsis finitis illud integra peragatur, et nullatenus sub incurrenda gravi poena omittatur. Quod idem observabitur etiam in Quadragesima, dum Societas Stabat Mater perseverat, dum apud Salvatorem Litaniae decantantur, quod a modo hoc fieri non permittitur, sed Cantori, seu Chori Directori.

serio praecipitur, ut talibus Temporibus ita Vesperas accommodet, quatenus tempestivè matutinum cum Laudibus absolui et devotio etiam apud Salvatorem peragi possit, vel duo Praebendenses, cum uno administrante Choralissa Matutinum absolvant alijs cunctibus ad Salvatorem. Vel deniq. pro evitandis omnibus istis specificatis defectibus et Confusionibus prout antea fiebat et praescribitur in Statutis Capituli huius, Matutinum cum Laudibus et consequenter Prima et Tertia in Hyeme: id est: à festo omnium Sanctorum ad Resurrectionem Domini mane hora sexta in aestate autem hora quinta matutina decantabuntur.

Octavo Graues etiam et scandalosi abusus contingebant hactenus et ad praesens usq. continuantur, dum ex eo, quod Musici Ecclesiae huius nimis tarde diebus Dominicis et festinis ex Templo Salvatoris saepius redire soleant, non tantum Populus longae expectationis per-lacussus vir non vacua hac Eccl'a relicta dilabitur; Verum ordo etiam et tempus divinarum servitionum proficitur, ac in super Domino Praeposito et Capitulo per morosam eorum expectationem sum-mus despectus irrogatur, ideoq. strictissima praecipitur, omnibus musicis Ecclesiae huius ut ex post audito pulsu Campanae, tam pro sacro, quam Vesperis dari solito: prout Musici Capli Ecclae Metro-politanae Strigoniae et Ecclesia Patrum Societatis JESU, etiam de medio Sacri aut Vesperarum redire tenentur ad Ecclesia suam: ita ipsi etiam immediate se expediant, et hic in tempore compareant, quod etiam intelligendum est, de quacumq. alia Ecclesia, in qua Sacra, aut Vesperas decantarent: Alias cum nemo duobus Domi-nis, ad placitum utriusq. possit servire, necessario ipsi quoq. alterutro servitio deberent carere.

Nono. Nunquam etiam licebit: quod hactenus saepius praesumebatur, ppter occurrent aliquod sumis horam ordinariam Divini officij intermittere, cum sumus moram pati possit, Divinum autem officium absq. peccato omitti non possit. (Idem in futurum si post Prandium circa horam quartam sumis occurrent, Director Chori Vesperas abbreviet, et statim Matutinum cum laudibus absoluant. Prout etiam ante Prandium hora 9. id observabit.)

Decimo: Haec Instructio per Primum Dñm Cantorem Capituli perlegatur clare ac intelligibiliter coram omnibus, tam Praebendensis, quam Cantoribus Ecclae huius, simul praesentibus, cum suae Dominationi vel maxime ex officio incumbat, ac-curatissime inuigilare, ne ulli in servitijs divinis defectus aut errores interveniant: Quia per lecta singulos serio examina-

utrum ejusdem tenori velint se ad annuittum et per
omnia accommodare, qui remiserint, eo facto, statim et in
puncto à Servitijs Ecclesie hujus amovebuntur, qui autem
assensum praebuerint, obligationem eandem suam singuli
manus propria subscriptione hic inferius fienda confirmabunt.
Actum Posonii Die Prima Januarij A.º 1701.

Presbyter Wolfgangus Rudolphus Jeger Vllis Capituli Posoniensis
est filius obedientiae. Actum ut Supra.

Joannes Jacobus Rix Cantor, sed cum recursum ad Venerabile
Capitulum pro auctiore

Michael Teschel Choralista,

Franciscus Ferdinandus Rihemauer Baptista sed cum recur-
su Illustrissimi Dni Plebani pro auctiore à civitate

Joannes Georgius Beckh Tenorista V. C. Pos.

Transactionis cum Capto Posoniensi facta ut non valeant incaptivare,
punire a movere Cantores Ecclesie Posoniensis sine Consensu Capli
Acta I Fas: 4 N.º 114. 1684.

Ego infrascriptus fidem facio, exortam inter Vblle Caplum Posoniensem,
ac Liberam et Regiam Cithem eandem, occasione Organistae et Cantoris
ibidem Posoniensis controversiam, exauditis à me et commissione
Celsiss ac Pmi Principis Dni Dni Archi-Ep'i Strigoniensis utrius
que partis proportionibus, hac fuisse ratione dispositum: Ut vide-
licet servata bona concordia, vicinitate, mutuaq; correspondentia,
deinceps et impofterum, si quidpiam contra Servos Ecclesie si habere
praetenderit; eos castigare, arrestare, incaptivare, aut quaecunque
punire, à Servitijs amovere vel loco amstorum alios suscipere, sine
praescripto, ac dicti Vblis Capli Posoniensis consensu Dni Civitatis, Am-
plissimorum Senatus, nullatenus possint et valeant. Quin servata sem-
per casibus in praetactis mutua intelligentia, bonam colant vicini-
tatem. Salvis intus ab utringue earundem Partium juribus
permanentibus. In cuius fidem Poson dedij manus propria et Sigillo
confecto munus. Ternavida. 19. jbr. 1684. Joannes Leery Epus
Posoniensis

(Ld.)